

quibus et nostras voces ut admitti júbeas, deprecámur, súplici confessióne dicéntes:

COMMUNION Psalms 8: 2

Dómine, Dóminus noster, quam admirábile est nomen tuum in univérsa terra!

POSTCOMMUNION

Hæc nos commúnio, Dómine, purget a crímine: et coeléstis remédii fáciat esse consórtes. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

PRAYER OVER THE PEOPLE

Humiliáte cápita vestra Deo.
Adésto supplicatióibus nostris, omnípotens Deus: et, quibus fidúciam sperándæ pietátis indúlges; consuétæ misericórdiæ tribue benígnus efféctum. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

Seraphim, together celebrate in exultation. With whom, we pray Thee, command that our voices of supplication also be admitted in confessing Thee saying:

O Lord, our Lord, how wonderful is Thy name in all the earth!

May this communion, O Lord, purge us from guilt, and make us partakers of Thy heavenly remedy. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Bow your heads to God.
Be attentive to our supplications, O almighty God, and kindly grant the effect of Thy wonted mercy to those whom Thou dost permit confidently to rely on Thy goodness. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

MASS PROPER: MONDAY AFTER THE 2ND SUNDAY IN LENT

MASS *Rédime me* (violet)

INTROIT Psalms 25: 11-12

Rédime me, Dómine, et miserére mei: pes enim meus stetit in via recta: in ecclésiis benedicam Dóminum. (Ps. 25: 1) Júdica me, Dómine, quóniam ego in innocéntia mea ingrèssus sum: et in Dómino sperans, non infirmábor. Glória Patri et Fílio et Spíritui Sancto, sicut erat in princípío, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. Rédime me, Dómine, et miserére mei: pes enim meus stetit in via recta: in ecclésiis benedicam Dóminum.

COLLECT

Præsta, quæsumus, omnípotens Deus: ut fámilia tua, quæ se, affligéndo carnem, ab aliméntis ábstinet: sectándo justítiam, a culpa jejúnet. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

LESSON Daniel 9: 15-19

In diébus illis: Orávit Dániel Dóminum, dicens: Dómine, Deus noster, qui eduxísti pópulum tuum de terra Ægýpti in manu forti, et fecísti tibi nomen secúndum diem hanc; peccávimus, iniquitátem fécimus, Dómine, in omnem justítiam tuam: avertátur, óbsecro, ira tua et furor tuus a civitáte tua Jerúsalem et monte sancto tuo. Propter peccáta enim nostra et iniquitátes patrum nostrórum. Jerúsalem et pópulus tuus in oppróbrium sunt ómnibus per circúitum nostrum. Nunc ergo exáudi, Deus noster, oratiónem servi tui et preces ejus: et osténde fáciem tuam super sanctuárium tuum, quod

Redeem me, O Lord, and have mercy on me. My foot hath stood in the direct way: in the churches I will bless Thee, O Lord. (Ps. 25: 1) Judge me, O Lord, for I have walked in my innocence: and I have put my trust in the Lord, and shall not be weakened. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. Redeem me, O Lord, and have mercy on me. My foot hath stood in the direct way: in the churches I will bless Thee, O Lord.

Grant, we beseech Thee, almighty God, that Thy household, in mortifying the flesh by fasting from food, may follow after justice by abstaining from sin. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

In those days Daniel prayed to the Lord, saying: O Lord our God, who hast brought forth Thy people out of the land of Egypt with a strong hand, and hast made thee a name as at this day: we have sinned, we have committed iniquity, O Lord, against all Thy justice: let Thy wrath and Thy indignation be turned away, I beseech thee, from Thy city Jerusalem, and from Thy holy mountain. For by reason of our sins, and the iniquities of our fathers, Jerusalem, and Thy people are a reproach to all that are round about us. Now therefore, O our God, hear the supplication of Thy servant, and his prayers: and shew

desértum est, propter temetípsum. Inclína, Deus meus, aurem tuam, et audi: áperi óculos tuos, et vide desolatiónem nostram et civitátem, super quam invocátum est nomen tuum: neque enim in justificatióibus nostris prostérnimus preces ante fáciem tuam, sed in miseratióibus tuis multis. Exáudi, Dómine, placáre, Dómine: atténde et fac: ne moréris propter temetípsum, Deus meus: quia nomen tuum invocátum est super civitátem et super pópulum tuum, Dómine, Deus noster.

GRADUAL Psalms 69: 6, 3

Adjútor meus et liberátor meus esto: Dómine, ne tardáveris. Confundántur et revereántur inimíci mei, qui quærunt ánimam meam.

TRACT Psalms 102: 10

Dómine, non secúndum peccáta nostra, quæ fécimur nos: neque secúndum iniquitátes nostras retríbuas nobis. (Ps. 78: 8-9) Dómine, ne memíneris iniquitátum nostrárum antiquárum: cito antícipent nos misericórdiæ tuæ, quia páuperes facti sumus nimis. (*Hic genuflectitur.*) Ádjuva nos, Deus, salutáris noster: et propter glóriam nóminis tui, Dómine, líbera nos: et propítius esto peccátis nostris, propter nomen tuum.

GOSPEL John 8: 21-29

In illo témpore: Dixit Jesus turbis Judæórum: Ego vado, et quærétis me, et in peccáto vestro moriémini. Quo ego vado, vos non potéstis veníre. Dicébant ergo Judæi: Numquid interficiet semetípsum, quia dixit: Quo ego vado, vos non potéstis veníre? Et dicébat eis: Vos de deórsum estis, ego de supérnis sum. Vos de mundo hoc estis, ego non sum de hoc mundo. Dixi ergo vobis, quia

Thy face upon Thy sanctuary which is desolate, for Thy own sake. Incline, O my God, Thy ear, and hear: open Thy eyes, and see our desolation, and the city upon which Thy name is called: for it is not for our justifications that we present our prayers before Thy face, but for the multitude of Thy tender mercies. O Lord, hear: O Lord, be appeased: hearken and do: delay not for Thy own sake, O my God: because Thy name is invocated upon Thy city, and upon Thy people, O Lord, our God.

Be Thou my helper and my deliverer; O Lord, make no delay. Let my enemies be confounded and ashamed, that seek my soul.

O Lord, repay us not according to the sins we have committed, nor according to our iniquities. (Ps. 78: 8-9) O Lord, remember not our former iniquities, let Thy mercies speedily prevent us; for we are become exceeding poor. (*Here kneel.*) Help us, O God, our Savior, and for the glory of Thy name, O Lord, deliver us: and forgive us our sins for Thy name's sake.

At that time Jesus said to the multitudes of the Jews: I go, and you shall seek me, and you shall die in your sin. Whither I go, you cannot come. The Jews therefore said: Will he kill himself, because he said: Whither I go, you cannot come? And he said to them: You are from beneath, I am from above. You are of this world, I am not of this world.

moriémini in peccátis vestris: si enim non credidérítis, quia ego sum, moriémini in peccáto vestro. Dicébant ergo ei: Tu quis es? Dixit eis Jesus: Príncípium, qui et loquor vobis. Multa habeo de vobis loqui et judicáre. Sed qui me misit, verax est: et ego quæ audívi ab eo, hæc loquor in mundo. Et non cognovérunt, quia Patrem ejus dicébat Deum. Dixit ergo eis Jesus: Cum exaltavérítis Fílium hóminis, tunc cognoscétis quia ego sum, et a meípso fácio nihil: sed, sicut dócuit me Pater, hæc loquor: et qui me misit, mecum est, et non relíquit me solum: quia ego, quæ plácita sunt ei, fácio semper.

OFFERTORY Psalms 15: 7-8

Benedícam Dóminum, qui tríbuit mihi intelléctum: providébam Dóminum in conspéctu meo semper: quóniam a dextris est mihi, ne commóvear.

SECRET

Hæc hóstia, Dómine, placatiónis et laudis, tua nos protectiône dignos effíciat. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

PREFACE OF LENT

Vere dignum et justum est, æquum et salutáre, nos tibi semper et ubíque grátias ágere: Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus: Qui corporáli jejúnio vítia cómprimis, mentem élevas, virtútem largírís et præmia: per Christum Dóminum nostrum. Per quem majestátem tuam laudant Ángeli, adórant Dominatiónes, tremunt Potestátes. Cæli cælórúmque Virtútes ac beáta Séraphim sócia exsultatióne concélebrant. Cum

Therefore I said to you, that you shall die in your sins. For if you believe not that I am he, you shall die in your sin. They said therefore to him: Who art thou? Jesus said to them: The beginning, who also speak unto you. Many things I have to speak and to judge of you. But he that sent me, is true: and the things I have heard of him, these same I speak in the world. And they understood not, that he called God his Father. Jesus therefore said to them: When you shall have lifted up the Son of man, then shall you know, that I am he, and that I do nothing of myself, but as the Father hath taught me, these things I speak: And he that sent me, is with me, and he hath not left me alone: for I do always the things that please him.

I will bless the Lord, Who hath given me understanding: I set the Lord always in my sight: for He is at my right hand, that I be not moved.

O Lord, may this sacrifice of propitiation and praise render us worthy of Thy protection. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

It is truly fitting and just, proper and beneficial, that we should always and everywhere, give thanks unto Thee, holy Lord, Father almighty, everlasting God. Who by this bodily fast, dost curb our vices, dost lift up our minds and bestow on us strength and rewards through Christ our Lord. Through whom the Angels praise Thy majesty, the Dominations adore, the Powers tremble: the heavens and the hosts of heaven, and the blessed